



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor attractivus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO VI

AMOR DEI,

*Amor attractivus.*

**S**Ursus ductivus: est quinta & ultima proprietas Amoris Seraphici, & significat, quod habet Spiritus inferiores trahendi ad se vi sui caloris. Sol, communicando cum terra suum calorem, ad se vapores: ita illi beati Spiritus, communicando nobis cœlestem calorem divini Amoris, trahunt & ad DEUM corda nostra. Et hinc Seraphim, *Accensi* & *Accendentes* vocantur. Ardent in se nobis: accensi in se, accendunt nos. Beatus, qui repugnat huic igni cœlesti, sed sinit se accendi, & sumi a tam beata flamma. Moritur miser, & beatus: moritur terra, & resurgit cœlum: moritur ipsi, & resurgit DEO.

O Seraphini cœlestes, carbones accensi in igne nate Cordis divini, vivæ flammæ, aptæ ad calcendos pectora congelata: Vivite felices in sacro igne vestri amoris: & facite ut vestri ignis reflexio illuminet intelligentias nostras, purget & calcet corda & affectus nostros.

Heu quam miserè pondus corporis nostri nos trahit! confortate spiritum nostrum, ne accendatur, sed vivat. Facite Paranymphe cœlestes *Spiritus vester duplex in nobis sit*: (4. Reg. 2.) *spiritus internus, & externus*: Spiritus spirans ad proximum nostrum: & Spiritus spirans ad proximum nostrum: & cœlestium consolatorum cum Deo, & sanctorum cum hominibus: ut etiam in hoc digni sumaturati vos, *Spiritus accensi, & Spiritus accendentes.*